

- I. Missæ rituales p. 379
 II. Missæ pro variis necessitatibus . . p. 386
 III. Missæ votivæ p. 395

I. MISSÆ RITUALES

Pro sponsis

Antiphona ad introitum

I f

N úp-ti-æ factæ sunt * in Cana Ga-li-læ-æ, et

e-rat i-bi Ie-sus cum Ma-rí-a matre † su-a.

T. P. † su-a, alle-lú-ia.

Psalmus 36

Y. 1 No-li æmu-lá-ri in ma- lignántibus, * neque


ze-láveris fa-ci-éntes iniqui-tá- tem. **Ant.** Núpti-æ.

Flexa: et sé-nu-i, †

- 2 *Spera* in Dómino et fac **bonitátem**, * et inhabitábis terram et pascéris in fide. **Ant.** Núptiæ.
- 3 *Delectáre* in Dómino, * et dabit tibi petitiónes cordis **tui**. **Ant.** Núptiæ.
- 4 *Commítte* Dómino viam tuam et **spera** in eo, * et *ipse* **faciet**. **Ant.** Núptiæ.
- 5 *Et* edúcet quasi lumen iustítiam **tuam**, * et iudícium tuum tamquam **merídiem**. **Ant.** Núptiæ.
- 6 *Mansuétí* autem hereditábunt **terram**, * et delectábuntur in multítudine **pacis**. **Ant.** Núptiæ.
- 7 *Mélius* est **módicum iusto** * super divítias peccatórum **multas**. **Ant.** Núptiæ.
- 8 *Novit* Dóminus dies immaculatórum, * et heréditas eórum in **ælérum** erit. **Ant.** Núptiæ.
- 9 *A* Dómino gressus hóminis **confirmántur**, * et viam *eius* **volet**. **Ant.** Núptiæ.
- 10 *Iúnior* fui, et **sénui**, † et non vidi iustum **derelictum**, * nec semen eius *quærens* **panem**. **Ant.** Núptiæ.

Psalmus responsorius E *


Ps. 111



¶. 1 Be-á-tus vir qui **timet** Dóminum. **R.** In mandá-



tis e-ius cupit nimis.



¶. 2 Po-tens in terra e-rit semen e- ius, * gene-rá-




ti- o rectórum bene-di- cé- tur. **R.** In mandá-tis.

- 3 Glória et divítiæ in domo eius, * et iustítia eius manet in **sæculum sæculi**. **R.** In mandátis.
- 4 Exórtum est in ténebris lumen **rectis**, * miséricors et miserátor *et* **iustus**. **R.** In mandátis.
- 5 Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, ' dispónet res suas in iudício, * quia in ætérnum non **com-movébitur**. **R.** In mandátis.
- 6 In memória ætérna erit **iustus**, * ab auditióne mala non **timébit**. **R.** In mandátis.
- 7 Parátum cor eius, sperans in Dómino, ' confirmátum est cor eius, non **timébit**, * donec despíciat inimícos **suos**. **R.** In mandátis.
- 8 Distribuit, dedit paupéribus; * iustítia eius manet in **sæculum sæculi**. **R.** In mandátis.


Alleluia

Ps. 19



A l-le-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Omnes repetunt: Allelúia, allelúia, allelúia.



¶. 1 Exáudi- at te Dóminus in di- e tribula- ti-ónis, *



pró-tegat te nomen **De- i Ia- cob**. **Omnes:** Allelúia.


- 2 *Tribuat* tibi secúndum cor **tuum**, * et omne consílium **tuum** adímpleat. **Omnes:** Allelúia.

vel Psalmus alleluaticus D r b

Ps. 19



V. 1 Exáudi-at te Dóminus in di-e tribu-la-ti-ó-nis, *




pró-tegat te nomen De-i Ia-cob. R. Alle-lú-ia, al-



le-lú-ia.

- 2 Mittat tibi auxílium de **sancto**, * et de Sion tueátur te. R. Allelúia.
- 3 Memor sit omnis sacrificii **tui**, * et holocáustum tuum pingue **hábeat**. R. Allelúia.
- 4 Tríbuat tibi secúndum cor **tuum**, * et omne consílium tuum adímp^{le}at. R. Allelúia.
- 5 Lætábimur in salutári tuo, ' et in nómine Dei nostri levábimus **signa**; * ímpleat Dóminus omnes peti-ti-ó-nes **tuas**. R. Allelúia.
- 6 Nunc cognóvi, quóniam salvum fecit Dóminus christum suum; ' exaudivit illum de cælo sancto suo, * in virtútibus salútis dexteræ eius. R. Allelúia.

Antiphona ad offertorium



Q ui expéctant Dóminum * ipsi † he-redi-tábunt



terram. T. P. † he-redi-tábunt terram, alle-lú-ia.

Psalmus 36



V. 1 De-clí-na a ma-lo et fac bo-num, * et inha-



bi-tábis in sæcu-lum sæcu-li. Ant. Qui expéctant.




Flexa: libe-rá-bit e-os, †

- 2 Quia Dóminus amat iudícium, * et non derelínquet *sanctos suos*. Ant. Qui expéctant.
- 3 Iusti autem hereditábunt **terram**, * et inhabitábunt in sæculum sæculi *super eam*. Ant. Qui expéctant.
- 4 Et adiuvábit eos Dóminus et liberábit eos, † et eruét eos a peccatóribus et salvábit eos, * quia speravérunt in eo. Ant. Qui expéctant.

Antiphona ad communionem



E c-ce * sic bene-di-cé-tur homo, qui timet † Dó-



minum. T. P. † Dómi-num, alle-lú-ia.


Psalmus 127



Y. 1 Be-á-tus omnis qui *timet* Dóminum, * qui ám-



bu-lat in vi-is e-ius. Ant. Ecce.



Y. 6 ... Pax super Isra-el.

2 Labóres mánuum tuárum *manducábis*, * beátus es, et bene tibi erit. Ant. Ecce.

3 Uxor tua sicut vitis *fructífera* * in latéribus domus tuæ. Ant. Ecce.

4 Filii tui sicut novéllæ *olivárum* * in circúitu mense tuæ. Ant. Ecce.

5 Benedícat tibi Dóminus ex Sion, * et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vítæ* tuæ. Ant. Ecce.

6 Et vídeas fílios filiórum tuórum. * Pax super Israel. Ant. Ecce.

In professione religiosa

Antiphona ad introitum Oculi mei, p. 96.

Psalmus responsorius Quemádmódum desíderat, p. 146, vel Quam dilécta, p. 71.

Psalmus alleluiaticus Beáti immaculáti I vel II, p. 370.

Antiphona ad offertorium Qui te expéctant, p. 56.

Antiphona ad communionem Aduva me, p. 244, vel extra tempus Quadragesimæ Quárite primum, p. 230.

Tempore paschali in fine antiphonarum cantatur allelúia, uti notatur p. 439.